



**Scientia Salvatis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

348. Feria 6. Dominica I. Adventûs. De jugi permansione cum Deo, qui  
quod semel assumpsit, nunquam dimisit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

tus.

io vesti-  
Jazianz.  
estantiūs  
iūs erat,  
ormaret  
ulptoris,  
pilius est.  
lno, he-  
Deo nil  
pe, ei se  
us nostri  
petere, ut  
ira Chri-  
mūs, non  
nquit D.  
ini.  
consors  
sum tan-  
ait Apo-  
abra sunt  
ssimūm.  
e pro in-  
t abo d<sup>r</sup>-  
udiatur;  
t loqui;  
abo per  
tus

625

## MEDITATIO CCCXLVIII.

Feria 6. Domin. i. Adventus.

De iugi permanfione cum Deo qui quod  
semel assumpfit, nunquam dimisit.

A Spiciam Dominum JESVM in DEO, &  
Deum in ipso semper. Petam jugiter  
permanere in DEO.

Conf. 1. Verba D. Leonis: serm. 10. de  
Nativit. Domin. cap. 6. Ita sibimet inhaerunt  
(Deus in Incarnatione) Ut, si re in omnipo-  
tentia, si re in contumelia, ne divina in Christo  
tarant humanis, ne humana divinis.

Conf. 2. Quinque esse necessaria ad hanc  
ugem cum Deo permanfionem 1. propo-  
dere, quod semper velim vivere & manere  
in Deo, & Deum subinde cogitare, ut inti-  
num conclave refugij mei. 2. Statuere  
tum omnia tum bona, tum mala poenit  
tēmanū Dei accipere, eligendo honorifica  
Deo, proximo utilia, mihi molesta. 3. Defe-  
nuum meorum per Christi vulnera humili-  
ter veniam petere, ac me eas vitaturum fir-  
miter statuere. 4. Orare Patrem, ut a memo-  
ria vanas imagines amoveat, & Sanctis eam  
impleat. Filium, ut intellectum cognitione  
summi boni, & beneficiorum mihi exhibito-  
rum, suæ voluntatis, meæ vilitatis illustret,  
spiritum sanctum, ut voluntatem amore

Dominus suo

MEDI-

626 Feria 6. Domin. i. Adventus.

suo inflammet, affectus rapiat, Christum D  
ut per sanctissimas animæ vires & corporis,  
vires meas, & sensus purget à vitijs, & virtu-  
tibus perficiat. Denique orare Deum, ut sub-  
trahat concursum ad omnem aetum repu-  
gnantem voluntati suæ. Subtrahat obstacu-  
la interna, subtrahat obstacula externa, sub-  
trahat rationem boni apparentis, ut det ra-  
tionem boni veri, ut abstrahat voluntatem,  
& attrahat ad illud bonum verum, ut attra-  
hat illam super omnem amabilitatem, super  
omnem adversitatem, ut vivam ego, jam  
non ego.

Conf. 3. Et gratias Deo super inenarrabili  
dono ejus agam, 2. Cor. 9. Commemorabo,  
quomodo Deus Unigenitum suum carne  
induerit, passibilem fecerit, in mundum ad  
Redemptionem humani generis miserit. Fa-  
tebor Deum esse mysterij hujus Operatorem,  
in quo summam bonitatem, sapientiam, &  
potentiam ostendit. Gaudabo, quod Chi-  
rus Pater, Dominus, ac Caput meum Esse  
divinum habeat, quodque sit verus ac na-  
turalis Filius Dei, & verus Deus unus essentia  
cum Patre & Spiritu sancto immensas gratias  
agam Deo, quod tale donum dedit Christo,  
& quia nobis illum caput dedit, ad auxilium  
gratias agendi. Offeram Deo omnes affe-  
ctus cordis mei, opera, labores, obsequia ju-  
orum

Feria 6. Domin. i. Adventus. 627

dorum & Angelorum. B. Virg. imò Christum ipsum. Quid tibi dabo Domine pro hoc beneficio, omnes bonas cogitationes, desideria, & opera mea? Nihil est. Omnia obsequia justorum, qui in terris degunt? Parum est. Do tibi omnem laborem, & laudem omnium Sanctorum. Parum est. Do tibi omnem Santitatem Angelorum. Et adhuc parum est. Do tibi omnem puritatem & merita Beatis. Virginis MARIAE. Adhuc parum est. Do mi omnes perfectiones SS. Humanitatis Domini mei, & offero tibi infinitam Majestatem tuam, & do affectum desiderij mei, immensas perfectiones, & omne bonum, quod tu habes, & es. Statuo tibi magno fere servire, quia bonus & dignus es, me in principium tibi consecrare, cor ad amorem, quod laudem manus ad opus. Petam, ut me unum adoptivum faciat, & fratrem permanentiam Filii sui, & heredem Regni sui.

MEDITATIO CCCXLIX.

Sabbato Domin. i. Adventus.

De Abstractione ab omni creatura, ut cum Matre Virgine omnes actus mei sint Virginei.

Vndebo Ignem, qui, ut conservetur purus, non debet conjungi cum alia materia.

DD 2 Petam